



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 179. Puellæ Aurelianensis innocentia vindicata

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. polis ac Siciliae Regno, quod utrumque  
 A.C. 1455. licet Sedi Apostolicæ obnoxium Rex sibi  
 arrogaverat, ademisset, ac denique ibidem  
 Ecclesiæ jurisdictionem reduxisset, sibi  
 collationem beneficiorum vindicans, eo-  
 quod Rex illa non raro subditis suis, vel  
 propter ætatem, vel ruditatem, aut morum  
 pravitatem indignis conferri curasset, vel  
 ipse auctoritate sua contulisset, parum  
 sollicitus, cujus conditionis essent, qui ad  
 ejusmodi beneficia ab eo obtinenda se-  
 fisterent, dummodo propriæ suæ utilitati  
 satis prospectum esset, & pecuniæ of-  
 ferrentur; Alphonso enim crimini daba-  
 tur, imo communis jamjam rumor erat,  
 quod is beneficium haud ullum esset ob-  
 tenturus, qui non prius aurum Regi de-  
 didisset. En contentionis causas, quæ  
 summum Pontificem justa in Alphonsum  
 indignatione commotum ostendunt; illi  
 enim vel maxime incumberebat ejusmodi  
 licentiis frænum injicere, ac propudiosam  
 rerum sacrarum nundinationem abolere.

## §. CLXXIX.

*Puellæ Aurelianensis vindiciæ.*

*Bellefort.*  
*Hist. Franc.*  
*lib. 15. c. 16.*

*Monstrelet.*  
*vol. 3.*

Carolus Galliarum Rex putabat se sui  
 nominis studio adstrictum, ut famam  
 Aurelianensis puellæ redintegraret, quæ  
 olim Anglis toto regno pulsas, Rothoma-  
 gi ad rogam damnata obiit; quocirca  
 Virgi-

Sæcul. XV.  
A.C. 1455.

Virginis hujus parentibus præcepit, ut a Sede Apostolica judices peterent, quibus rei hujus examen committeretur; Callistus ad preces eorum negotium demandavit Archiepiscopo Rhemenſi, necnon Episcopis Pariſienſi ac Conſtantiſi in Normannia, qui Rothomagi congregati cauſſam auditis plurimorum testimoniis diligentiffime diſcuſſerunt; ac præprimis edictum vulgârunt, quo omnes, quibus hujus judicii ſeries nota eſſet, ad diem vigefimam Decembris Rothomagi in aula Archiepiscopalis Palatii convenire jubebantur, data cuicunque libertate, ut vel prædicto judicio faventia, vel adverſa deferre poſſet. Erant adhuc plurimi ſuperſtites, quibus negotii ſumma ſatis perſpecta erat. Igitur hujus Puellæ vita ad examen revocatur; cum vero cuncti de probata ejus virtute honorificum redderent testimonium, ejus innocentia vindicata eſt; omniaque adverſus eam acta, nulla ac irrita declarata fuere, necnon decretum, ut eo ipſo die Rothomagi in foro ſancti Ovani ſolemniſtiter inſtitueretur ſupplicatio, ſequenti vero die alia celebraretur in veteri foro, ubi merces venales exponuntur, & innocens Virgo mortis ſupplicium ſubierat. Erecta eſt ibidem etiam ſtatua, quæ in quadam capſa ſupra fontem hodiedum viſitur, & Puellam muliebri habitu ornatam repræſentat.

Sæcul. XV.  
A.C. 1455.

sentat. Haud ulterior instituebatur quæ-  
stio contra iniquos hujus Virginis Ju-  
dices, utpote quorum potissima pars jam-  
jam misero fato vivis erepta fuerat.

§. CLXXX.

*Mediolanensium Dux a Delphino ad-  
versus Alphonsum defensus.*

Delphinus, cum aulam haud amplius  
repetere constitueret, in Delphinatu  
ditione sua hæsit; ubi vero in Italia eo  
tempore bellum fervebat inter Alphon-  
sum Arragoniæ Regem & Venetos ex u-  
na, ex altera parte Franciscum Sfor-  
tiam inter & Florentinos. Delphinus ho-  
rum sollicitationibus cedens conscripto  
milite Renato Andegavensi se junxit, co-  
piasque suas ad Alpes eduxit. Verum  
pace in Italia, curis & opera summi Pon-  
tificis restituta, Delphinus spe sua frustra-  
tus est. Hic postquam decennali jamjam  
pertinacia, iterata ac urgentissima Regis  
Patris sui mandata, quibus ad aulam re-  
dire jubebatur, eluserat, Carolus il-  
lum ad obedientiam vi compulsurus, i-  
ter ad Borbonienses, ac Avernienses a-  
gros simulavit, & copias suas sub Duce  
Ludovico Antonio Chabannio Dammar-  
tini Toparcha in Delphinatum eduxit,  
dato eidem negotio, ut Delphinum captum  
ad se adduceret. Hic consilii conscius, Del-  
phinatu